



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CLXIV. Innocentius II. Anno Christi 1130. Lotharii Regis 6. Joan. Comneni
13.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

CLXIV.

INNOCENTIUS II.

ANNO CHRISTI 1130.

LOTHARII REGIS 6. JOAN.
COMNENI 13.

Post die mortem Honorii II. sum-
 mo Sacerdotio invitatus præfici-
 tur Innocentius H. antea *Gregorius*
 Cardinalis S. Angeli, Romanus. (1)
 Huic *Petrum Leonis*, nomine *Ana* Bar. an. 1130. §. 1.
cteti II. opposuit audacia factiosorum: 3. 58.
 quibus obsistere cum Innocentius Pag. §. 3.
 non valeret, Urbe cedens in Gal 12. 36. 40.
 liam navigavit, à Ludovico VI. cui
Crasso cognomen, exceptus, cultus-
 que honore tanto, quantus profi-
 cisci poterat ab summo Rege in Pon-
 tificem summum. Ex Gallia ingres-
 sus Germaniam Leodium proficisci-
 tur. Habito ibidem unà cum Lo- Bar. an. 1131.
 thario Rege Concilio, Anacletum §. 7. 8.
 sacrâ detestatione perstrinxit, ac Lo- Pag. §. 2.
 tharium ad defendendam Ecclesiam
 excitavit promissâ Imperii coronâ
 (2) Itaque in Italiam redeunti ad Bar. an. 1133. §.
 fuit ex pacto Lotharius, eumque 3. 6.
 Romam cum exercitu deduxit. Tum Pag. §.
 Innocentius promisso satisfaciens, 1. 4.
 Ss 3 Lo-

Lotharium solemniter ritu Imperatorum constituit, eique præterea *Alidum* Comitissæ Mathildis tradidit in eas conditiones, ut vectigal centum librarum argenti quotannis suisque successoribus persolveret, utque post ejus *obitum proprias* & *ad dominium sanctæ Romanæ Ecclesiæ integritate absque diminutione* & *mutata* reverteretur. (3) Cùm Imperator Urbe excessisset, prævalente rursus adversariorum factione, Pisas Innocentius se recepit, ubi ad interitum usque Anacleti mansit. Nec hujus

Bar. an. 1138. §. 1. si Gregorium quendam, *Victorem* 3. 4. appellatum, in locum Anacleti, & *juratore* Rogerio Siciliae Duce, subrogârunt: quo tamen post menses tres abdicante, pax reddita Ecclesiæ est.

Bar. an. 1139. §. 4. Concilium Romanum indixit, ut Ecclesiæ consuleret perturbata factione Schismaticorum, oppugnataque *prava* hæreticorum doctrinâ. (5) Belum deinde paravit adversus Rogerium, qui mortuo Rainulpho Duce exercitum traduxerat in Apelliam. Sed ab eo captus, & honorificè tamen habitus, precibusque ad extreme

mum victus, eidem tanquam bene-
 ficiario obliganti suam fidem jure-
 jurando, Principatum Capuanum,
 Apuliam, Calabriam, & Siciliam,
 addito Regni titulo, confirmavit.
 Tertio postquam Romam redierat
 anno 1143. VIII. Kal. Octobr. ex-
 tinguitur, cum annos tredecim, menses
 septem, & dies novem Ecclesiæ Ca-
 tholicæ præfuisset.

Bar. an.

1143. §. 10

Pag. 0.2.

ANNOTATIONES.

(1) Innocentium II. comminatione ana-
 thematis coactum accipere Pontificatum,
 scribit Arnulphus Sagiensis *De Schismate*
orto post Honorii II. decessum cap. 4. tom.
 3. Scriptor. Rer. Italic. pag. 429. Vide au-
 notat. 5. ad Nicolaum II.

(2) Non permiffâ collatione Sacerdotio-
 rum, ut putat Petrus Diaconus lib. 4. Chron.
 Casin. cap. 97. Postulavit quidem minaci-
 ter Lotharius, ut sibi jus illud, cui nuper
 Henricus V. renunciaverat, ab Innocentio
 concederetur: sed minis nihil fractus Pon-
 tificis animus. Testatur id S. Bernardus,
 qui præfens aderat, epist. 150. ad Innocen-
 tium II. scribens de congressu ejus cum
 Lothario: *Sed nec Leodii cervicibus im-
 minens mucro barbaricus compulit ac-
 quiescere, obsequi, & obedire nimis
 importunis, improbisque postulationibus
 iracundi atque irascentis Regis.* Etiam

Ss 4

Otto

Otto Frisingensis l. 7. c. 18. narrat. Lohis-
rium licet conquestum acriter apud Inno-
centium II. de detrimento accepto ex ab-
gatione *investiturarum*, atamen obtinere
non potuisse, ut sibi facultas esset eas con-
cedendi. Hæc aliquanto fusius explicat
extremâ dissertatione nonâ.

(3) Verba sunt diplomatis, quod existit
apud Baronium ad an. 1133. & apud Lab-
beum tom. 10. Conc. pag. 946.

Allodium Comitissæ Mathildis com-
plebatur partem magnam Ducatus Mantua-
ni, Parmensis, Regiensis, Mutinensis, etc.
nemque Garferonianam ex MS Michæ-
Leonici *De donatione Comitissæ Mathildis*
apud auctorem libri, cui titulus: *Il. Dono-
nio temporale della Sede Apostolica sopra
la Città di Comacchio* cap. 43. pag. 168.

(4) Anonymus Casinensis in Chron. ad
an. 1137. inter Scriptor. Rer. Italic. tom. 1.
pag. 64. & 141. *Obiit Petrus Leonis qu-
es Anacletus: sed post duos menses fra-
tres ejus cum suis elegerunt quemdam
Gregorium Hæresiartham, qui post tri-
menses à Papa Innocentio deponitur.*

Concil.
Oec. X.

(5) Oecumenicum X. Lateranense II. an-
no 1139. celebratum. Interfuerunt Episcopi
circiter mille. Præfuit summus Pontifex.
Canones triginta conditi. Canone 15. no-
vum latum est decretum, *ut si quis in-
dente Diabolo in Clericum vel Monachum
violentas manus injecerit, anathemati*

vinculo subjaceat. Canonibus cæteris dam-
 nati Simoniaci, Nicolaitæ, quique sacras
investituras acciperent à Laicis. Rescissa
 insuper acta falsi Pontificis *Anacleti II.*
 damnati Arnaldistæ, & Petrobusiani. Hi
 enim à Petro de Bruis denominati negabant,
 parvulos nondum habentes usum rationis
 posse baptismi beneficio æternam beatitatem
 consequi; Illi verò nacti nomen sunt ab
 Arnado de Brixia, qui, ut narrat Otto Fri-
 singensis De gestis Friderici I. lib. 2. cap. 21.
dicebat, nec Clericos proprietatem, nec
Episcopos regalia, nec Monachos possessio-
nes habentes aliquâ ratione salvari posse:
Cuncta hæc Principis esse, ab ejus bene-
ficientia in usum tantum laicorum cedere
oportere. Baronius etiam ad an. 141. §. 3.
Dum Roma esset, inquit, jactare ista cœ-
pit, laicorum esse omnia temporalia, &
ea à Clericis injustissimè detineri. Quam
 insanam doctrinam secuti postea sunt Val-
 denses, seu Pauperes de Lugduno, Hussitæ,
 Marsilius Jurisconsultus Patavinus, Joannes
 de Janduno Perusinus, homines Ludovico
 Bavaro contra Joannem XXII. mancipati.
 His adhesit Vicleffus, inter cujus proposi-
 tiones ab generali Constantiensi Synodo
 sess. 8. coram Sigismundo Imperatore dam-
 natas, hæc est trigesima nona, apud Lab-
 beum tom. 12. Conc. pag. 265. *Imperator,*
& Domini seculares sunt seducti à Dia-
bolo, ut Ecclesiam dotarent bonis tempo-
ralibus,

ralibus. Ab Vicleffo pestifera lues man-
vit ad Lutherum, ad Centuriatores Magdo-
burgenses, Molinæum, Volfium, Golde-
stum, Corringium, prorsus ut jure Baro-
us ad an. 1141. §. 3. *Politicorum heretico-
rum Patriarcham atque Principem*
Arnaldum appellaverit.

CLXV.

CÆLESTINUS II.

ANNO CHRISTI 1143.
CONRADI III. REG. 6. MA-
NUELIS COMN. 1.

CÆLESTINUM II. Hæro-
scum, Civem Castellanum, &
donem antea dictum tertio post In-
nocentii II. mortem die VI. Kal.
Octobris Cardinales, populo Romano
acclamante, in Romanum Pontificem
concorditer elegerunt. (1) Itaque di-
citur à Panvinio primus Papa creatus
sine ullo populi interventu. Populum
enim, ut idem Panvinus ac Sigonius
tradunt, Pontificiorum jure comitorum,
cujus à primis temporibus ad eam usque
diem particeps fuerat, Innocentius II.
spoliaverat. 2. Mortuus est Cæle-
stinus anno 1144. VII. Idus Martii
mense Pontificatus quinto, die decimo ter-
tio (3)

Bar. an.
1143. §. 2
Pag. §. 4

Bar. an.
1144. §. 1
Pag. §. 1

AN.